



 EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
**VII**-  
SIGNAT. 1819CCXII

**MONIMENTUM  
SUPREMI HONORIS  
MENTISQUE GRATISSIMÆ,  
VIRO  
SUMME REVERENDO ET MAGNIFICO  
DOMINO  
JOH. GEORGIO**

**NEUMANNO,**

**DOCTORITHEOLOGO judicio-**  
fissimo, ac PROFESSORI, de Alma ad Albim, & universa  
puriori Ecclesia, immortaliter merito, Senatus Sacri ASSES-

SORI Gravissimo, nec non Academæ a BIBLIOTHE-  
CA Solertissimo, Ordinisque Sanctioris p.t. DE-

CANO maxume Spectabili,

QVI

Anno clx Ioc LXI. Cal. Maji primum lucem conspexit,  
& supra millefimum Septingentesimum, nono,

Die V. Septembbris placide obdormivit,

IIX. ejusdem, in templum Academicum elatus,  
& ad latus B. Lutheri humatus,

XV. denique solenni ritu est cohonestatus,

**PATRONO MAGNO, COMPATRI VENERANDO,**  
& quondam, Commilitoni, Convictori atque Con-

tubernali favissimo, jam desideratissimo,

**EXCITATUM,**

A

**M. GEORGIO MICHAELIS CASSAI, Hungaro,**  
Amplissimi Sapientum Ordinis Affectore.

WITTEBERGÆ,

Typis MARTINI SCHULTZII, Acad. Typogr.

**W**ALTHERO celebri Successor rite NEANDER  
Quum delectus erat, munia gnarus adit.  
Mox sermone sacro de bellis quærit Iovæ,  
Post Ducis hæc JOSUÆ quis pia fata geret?  
Innuit e Juda QVENQVAM fore, voce modesta,  
Decessori qui sed tamen impar erit.  
Ast experti sunt Gideonis acinacis hostes  
Stragem, despexit quem prius alta cohors.  
Sunt cæsi, sterili nimium pietate tumentes:  
Sic veniæ hic metam figere queisque lübet.  
Et quos oblectat divini Secta Platonis,  
Monstra Deistarum stravit ad usque necem.  
Colloquioque paratus erat certamen inire  
Syncretismi, quem parturit orbis iners.  
Edidit ac specimen, sed mox ex ungue leonem  
Agnoſcens hostis, protinus antra petit.  
Prælia committenda fibi cum plura videret,  
His frontem miles sifit in arte bonus.  
Numinis auxilio fretus, dirasque phalanges  
Aggreditur: causam noverat esse DEI.  
Strenuus ast Heros acie succumbit in acri:  
Victori tanto gloria major erit.  
Nondum te senium laſtum, NEUMANNE, gravabat, t.  
Nec morbi: longo tempore ſospes eras.  
Sic placuit Domino, post tot, donare, labores,  
Te rude: supremi gratia quanta Ducis!

Attamen

ER  
Attamen interdum mortem accelerare videntur  
Casus, quos hominum nemo cavere potest.  
Scilicet incidit in morbum suavisima Nata,  
Qui, vehementior, huic exitiosus erat.  
Disseruitque Pater, quanto fervore puella  
Gestiit extreum claudere in orbe diem:  
Cantillat gaudens, profert oracula sacra,  
Advigilat precibus, Spe sua damna levat.  
Angelicos memorat socios, Christumque corollam  
Floricomam capiti jam indere velle suo.  
Atque patrem, matrem comites aviamque futuros  
Asserit: hinc læta mente parata mori.  
Conticuit, posthæc: SIT SANCTUM NOMEN IOVAE,  
Dixit, & aligeris jungitur, ecce, choris.  
Heu! quantum moesti dejicit corda parentis  
Per charæ Natæ vis inimica necis.  
Hinc ingens omnes subito dolor occupat artus,  
Quem celeri sequitur postpede morbus atrox.  
Non hunc Hippocratis sciti, nec cura Galeni  
Depellunt: animum cura salutis agit.  
Omnia cordate disponit, pharmaca sumit,  
Quæ profundt animæ: tecta superna petit.  
Jam salve coeli civis, justamque coronam,  
Quam victori dat, suscipe, dextra DEI.  
Ast tu, summa quidem perpes, NEUMANNE beate,  
Gaudia persentis lætus in arce poli;

Verum



Verum quos gemitus, planctus, suspiria quanta,  
Omnibus eliciunt fata inopina tua?  
Irrigat, en, lacrumis fidum pia Caja maritum,  
Filius orbatus matre, patre usque gemit.  
Sangvine conjuncti, complures atque clientes  
Patronum lugent, nobile quisque decus.  
Extinctum lumen deplorat Leucoris alma:  
Collegamque probum sanctior ordo dolet.  
Purior ingeminat moerens Ecclesia Christi:  
Sternitur heu! fulcrum, pars mea chara jacet.  
Inclutus heu! cecidit, puri qui dogmata coetus  
Heros, afferuit: Dux bonus, ecce ruit.  
Hæc pietate superbas ne vulgentur in aures,  
Ne cristas gaudens erigat alta cohors.  
Juste Deus, poenas a nobis tolle benignus,  
Omnia quæque latent pelle sinistra procul.  
Exhilares mocitos, tandem faciemque serenam  
Ostendas clemens, tristia damna leves.  
Damna leves, quæ me pariter contingere cernis:  
Nam Fautor mea qui damna levabat obit.  
Qui mea damna levarent conciliesque Patronos,  
Ne quævis orbum sæva procella petat.  
Jam post fata tibi gratam, Patrone beate,  
Contestor mentem, detque brabea Deus.  
Postque piam mortem, placida, Vir Summe, quiete  
Utaris, fulgens Sidus in axe poli.



Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON  
M 18



Lazb III-4705

263

MONIMENTUM  
SUPREMI HONORIS  
MENTISQUE GRATISSIMÆ,  
VIRO  
SUMME REVERENDO ET MAGNIFICO  
DOMINO  
JOH. GEORGIO

NEUMANNO,  
DOCTORITHEOLOGO judicio-  
fissimo, ac PROFESSORI, de Alma ad Albim, & universa  
puriori Ecclesia, immortaliter merito, Senatus Sacri ASSES-  
SORI Gravissimo, nec non Academæ a BIBLIOTHE-  
CA Solertissimo, Ordinisque Sanctioris p.t. DE-  
CANO maxume Spectabili,

QVI

Anno clx Ioc LXI. Cal. Maji primum lucem conflexit,  
& supra millesimum Septingentesimum, nono,

Die V. Septembri placide obdormivit,

IIX. ejusdem, in templum Academicum elatus,  
& ad latus B. Lutheri humatus,

XV. denique solenni ritu est cohonestatus,

PATRONO MAGNO, COMPATRI VENERANDO,  
& quondam, Commilitoni, Convictori atque Con-  
tubernali favissimo, jam defideratissimo,

EXCITATUM,

A

M. GEORGIO MICHAELIS CASSAI, Hungaro,  
Amplissimi Sapientum Ordinis Affectore.

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

Farbkarte #13

B.I.G.

